Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36559
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



132

adtingere quomodo eum tangere cum ascendisse ad patrem. Hisi forte fidei pfectu
et mentis ascensu. quod dis homini sit longinquus aut proximus. Et quia illa dubita
uerat de xpo quem hortulanum putauerat. ido fortassis audire meruit noli
me tangere. Indigna enim iudicabat ut tangere manu xpm. quem nec
dum fide apprehendere nec intellexerat cum hortulanum putasset. de quo paulo
ante ab angelis audierat. quod quem uiuentem cum mortuis. Noli quem me
tangere. quia nondum ascendi ad patrem. cui adhuc tantum homo uideor:
Postea me tangens. cum ad agnoscendum me credendo ascenderis. Deillis
enim beatissimi symeonis uerbis quod semina cadisset in ut sequar sensum tuum.
Cum aduidendum ex oraculo dei xpm agente spu uenisse in templum et ac
ceptum sinu benedixisse infantem dinumerat ad mariam. Ecce hic positus est
in ruinam et resurrectionem multorum in israel. et in signum cui contradicetur. Et tuam
ipsius animam pertransibit gladius. ut reuelentur multorum cordium cogitationes.
Hunc quod de passione domini quemque nusquam scriptum hoc pphasse credendum est. An
de matrono eius affectu quod pia interpos passionis assistens cruci quod hoc erat
fixum quod ipsa peperierat. matrono uisceribus dolore confixa et cum anima illius illa
quae adhuc carne filium ipsa spectante confodit crucis romphea penetrabat.
Vidoo enim et in psalmis de ioseph dictum. humiliauerunt in compedibus pedes eius.
ferrum pertransiit animam eius. sic in euangelio dixit symeon. et tuam ipsius animam pertran
sibit gladius. Non autem carnem sed animam. in qua pietatis affectio tenetur et doloris
aculeus qui gladius operatur. cum autem aliquem carnis suae iniuria afficit. ut ioseph
qui non mortuus sed iniuriarum pertulit passiones. inseruum uendit et in ferreum uinc
latus et carceri dat. aut cum affectionis intrinsecus tristitia uel dolore cruciat.
ut in maria quae utique. ad crucem dixerunt quae tunc suum tantum corporis filium
cogitabat. matrona mens duxerat. ut eum cum mortuum uidisset humana
in[illegible] firmitate lugere. sepeliendum quoque colligere. nihil de ipsius resur
rectione presumens quam subsecuture admirationis fide in oculis
posita passionis pena cernebat. quam uisentem de astante cruci suo dns
in moriente infirmitate trepidans consolatur sic. sed ipsa quam habitauo